



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

2. De calumniatoribus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](#)

TITULUS II.

De Calumniatoribus,

Q. 1. *Quid sit calumnia & quotuples?* *Cum ad hunc Titulum interpres agantur triplici modo, quo Accusatores delinquunt, scilicet calumniando, prævaricando, tergiversando;* *I. calumnia propriè dicta est delictum, quo se falsum crimen alteri scienter & dolose invento sive contra alterum proponit, & qui id facit, detinetur calumniator.* *L. 1. §. 1. ad S. C. Tipl. 2.* *Si quis crimen objectum probare non potest, dicitur calumnia præsumpta, nisi elidatur præsumptio, quod sit, dum quis vel ex necessitate omni denuntiat, vel saltem semiplenè probat, vel accusator à testibus est deceptus, &c. immo personæ sunt omnino immunes à præsumptione calumniæ.* *Vera autem calumnia est, si certe v. g. ex propria confessione, vel testimoniis depositionibus constet, quod quis scienter & malitie de falso crimine alterum detulerit.*

Q. 2. *Quænam sint pœna in calumniantur?* *Resp. Calumniator verus (idem quod pœnas dicendum esse de præsumpto arg. c. 2. l. 1. ff. infamis infamia juris post condemnationem calumnia. can. 1. caus. 2. q. 3. L. 1. & 4. l. ff. de his, qui not. infam. tenetur ad refundendos expensarum, omnisque damni, arg. Constat. Carol. art. 12. Clericus calumniosè accusatus clericum privandus est beneficio Ecclesiastico et*

relegatione in exilium. c. 1. h. t. Imd & pœna ta-
tionis in calumniatores statuta est can. 2. & 3.
caus. 2. q. 3. L. fin. C. h. t. in locum tamen hu-
jus pœnae arbitria successit in utroque foro, etiam
post innovatam Constit. Cum primùm à S. Pio
anno 1566. quia vel non ubique fuit recepta, vel
per non usum abrogata.

Q. 3. Quid sit prævaricari & tergiversari?

Resp. 1. Ille dicitur *prævaricari*, qui postquam
accusavit vel denuntiavit aliquem de criminis, dis-
simulat veras delicti probationes, aut falsas ad-
mittit, ut reus absolvatur. Pœna *prævaricatio-*
nis est infamia juris, & alia extraordinaria, sive
arbitria. *L. 1. & 2. ff. de Prævaricat.*

Resp. 2. *Tergiversari* dicitur, qui accusationi
ceptæ tergum vertit, seu desistit. Olim in pœ-
nam erat mulcta. 5. librar. auri & infamia juris.
L. 3. & 4. ff. de Prævar. hodie sublata esse dici-
tur, quia judex ex officio instituit novum proces-
sum inquisitionis.

TITULUS. III.

De Simonia, & ne aliquid pro spiritua-
libus exigatur, vel promittatur.

Q. 1. Quid sit Simonia? **Resp. 1.** Simonia à
Simone Mago dicta, qui primus in Lege
nova crimen hoc admisso legitur. *Actor. 8. v. 20.*
est